

Illud mirum quod perpetuas ac felices legibus suis
futuras ciuitatis iactat, nisi eas neglexerint, dein
de leges scribit, quibus ne ad minus quidem hois eta-
tem ciuitas possit perdurare, semperque donec extit, in ma-
gna miseria degat. Verum de miseria dicta iam sunt
multa, siquidem turpiter uiuere, id est misere uiuere, et
dicetur forsitan in sequentibus latius, non enim ordine
ista persequimur, sed quae occurrunt accipimus. Inanis n-
est querendi labor, quando quae forte occurrunt suffici-
unt, perpetua uero quo pacto, his legibus ciuitas erit?
nam sicut a sexto aliisque locis, colligitur, armis astate
atque hieme ciues uocare censet, et musicae caeterisque ar-
tibus, libero dignis, seruos agrorum cultui, mechanicis ue-
ro quibus non minus quam agricultura, opus est ciuitati,
peregrinos solum. Haec cum ita sibi distributa sint, in
calce octaui sancit ne aduenis post .xx. annos ex quo
uenerunt in urbe liceat permanere filios quoque ipsorum in
urbe natos, post uiginti annos abire iubet, hos annos, a
quoddecimo aetatis adulescentulorum anno initium sortiri
uoluit. In his legibus quot, deus bone, in consequen-
tia, in constantia, repugnancia, impossibilia, iniqua dictu, tur-
pia cogitatu, foedissima scriptu sunt? perpetuam ciuitatem
facere uult, et aduenas quibus solis necessariae adiuuen-
dum artes commendantur, post .xx. annos pellit? et qui sunt
adeo stulti ut suam relinquunt, et illo conueniant unde
de se pelli non ignorent, ne se solos, uerum etiam liberos
suos ibi conceptos, ibi natos, ibi educatos? aut quis mentis
non inops, ibi .xx. annos uelit habitare, ubi nec armis nec
liberalibus artibus, filii si quos ex sese genuerit dare ope-
ram queant,

tam queat, ubi nec maribus filiis uxores, nec feminis viros, nisi forte aduenas; aut collocare, aut conducere possit? pelluntur peregrini à ciuitate platonica, pelluntur ergo, sutores, pistores, fabrorum oia genera, lanii, sartores, cætarum, cæteri; huiusmodi. Quis postea horum officia ciuitati prestabit? ciues, at non permittuntur lege. Quare si utrasque leges seruaueris, urbs oimno fuit, sin altera, platonice ciuitatis forma nulli. Pelluntur peregrinorum filii ex urbe, ubi nati, educati; sunt, ubi primum uitalē spūm hauserūt, quā primā patriā, & nouerūt, & appellarūt. Cuius sacris (secundū Platōnē loquor) & ceremoniis ibuti, alium deorum cultū inire nefas putarēt. Cui natura eorum cōpacta, cōformataque est, oēs enī eorum locorum ubi nati sumus cælo, ac aere quasi formati, natura quadā, & corporis cōplexiōe, ac ideo etiā diorum uitio, aut uirtute cōuenimus. Hinc Asiaticos, grecos lenes, cretenses ingeniosos, afros uersutia peditos, gallos supbia, grauitate italicos dicimus. Vnde fit, ut quisque natura ciuis eius ciuitatis sit, ubi natus est. Quare magnus iste mirabilisque philosophus, & sacrorum nature peritus Antistes, naturā ipsam suis legibus pimit. Audiui ego à patre meo proauū suū, ex trapezunta, nescio qua pōti urbe icretā migrasse, nūquā tamē pōticā urbē illā, aut capadocie monstrū aliqd uideri somnio uisus sum, at urbis cretensis, ubi natus sum, sapientia, portas, forum, tēpla, portū, ædes, & dormiēs, & uigilās somnio. Nō igitur iniquissimus esset, si quis me idē quasi pōticū, atque barbarū hoīem, aut scytā, aut traecē à uirtute penitus, ut proverbio dicitur alienū, legi-

R

bus suis extruderet. Nescio certe unde id in mētē pla-
tonicā uenit, aut quo pacto, tā inaudita incredibiliaq;
portenta excogitauit, ciuitati utile iudicauit, oēs qui
urbes, populos, regna fundant, atq; cōstituūt, quibuscū-
q; possunt uis, multitudine hoīum rē suā muniūt. Sed
malis iquit p̄grinorū moribus, ciuitates bene institutae,
quasi morbo, à cōtagiōe afficiūtur. Cur ergo eos re-
cipis? necessitate iqt coactus. Cur receptos post .xx. an-
nos iā ad mores, legesq; tuas, assuetos eiicis? aut cur fili-
os eorū in legibus eius natos, et moribus educatos ex-
terminas? q̄s testa docuit? q̄s tātātibi prodigia enarra-
uit? à quo p̄cepistirē ante tua tēpora, oīno inauditam?
prisci enī nō modonō expellebāt p̄grios, uerū etiā mul-
tis modis, ut secū æquo iure, pari dignitate, pariq; no-
bilitate habitaret, inuitabūt. Idq; suae rei pu. incremē-
tū, ac robur existimabāt. Testis ē uniuersa græcia, quæ
tum inuitate prouocabat, tum asyly, idest ipunitate
scelerū, fugiētis uicinos ad se cōuertebat. Vnde poetæ,
hoc modo auctis ciuitatibus, armatos hoies è terrana-
tos fuisse metiūtur. Testis est Vrbs roma, ipseq; populus
romanus, cuius opes, nō alia re magis, orbis terrarū opi-
bus, exequatae sunt, q̄s quod p̄grios ultro ciuitate do-
nabant. Romulus enī cōditor statim fundamētis iactis,
uetres inuitatus græcos, asylum apuit, nec incētes so-
lum, uerū etiā noxios cōuocabat. Deinde bello uictis si-
nitimis, non quasi seruis abusus est, sed romā migrare
coactis, oppidis eorū dirutis, idē oīno ius p̄stitit, quod
et ciuibus suis. O uirū magnū, qui naturali igenio p̄di-
tus lōge melius, qua ratioe, ip̄eria seruātur, crescunt, p̄

durāt, p̄uidit, q̄s doctus Plato. Plato senex, mores et i-
stituta patrie negligēs, noua, in audita, incredibilia, re-
pugnantia excogitabat, quae à nullo suscepta populo
sunt. Romulus iuuenis apud faustulum ruri educatus,
priscæ cōsuetudines græciæ repetēs, uniuersum terra-
rum orbē legibus tādē suis subiicit. Ille græcus mores
græciæ iſtitutaq̄s negligebat, hic aliena exēpla, nulla
motus inuidia sequebatur. Ille p̄grinos eorumq̄s filios in
urbe natos ex urbe inique, atq̄s inhumaniter pellit, hic
sup̄atos etiā hostes, et iure gētū in seruitutē redactos,
nō libertate solum humaniter, sed ciuitate, quoq̄s summa
ex benignitate donabat. Iure igitur toti orbi Romulea
iura iheritarūt, Platonis leges ne glebulā qd̄c unā ubi
hærerēt, rep̄ire potuerūt. Verū ne q̄s hæc me orationis
cursum sequētē, nō cōsilio scribere credat breuiter exē-
plo Romuli postea usam urbē Romā fuisse, et ea ex re
maxime coaluisse cōmemorabo. Quis nescit regū tem-
pore traquiniū Priscū Romæ, nō ut aduenā, sed ut ci-
uē cū suis oibus receptū, urbis quoq̄s regnū, iussu popu-
li fuisse assecutū? quis ignorat Claudios romam profu-
gisse, protinusq̄s in ordinē patritiū cōsulto senatus ascē-
disse? Urbē unā in Italia cōdidit, Romulus et roma-
ni cōsilia eius et mores secute totā Ytaliā urbē unā fe-
cerūt. Oēs enī Itali tandē ciues Romāi fuerunt. Quod
Cycero iter alios maxime p̄spiciū facit, reuocatū enim
se ab exilio totius fuisse Italiæ cōsilio scribit, cū à Gneo
Pōpeio toti signū Ytaliæ datum fuerit, ut ad ea oēs p̄-
sto adessent comitia, de q̄bus de reducēdo Cycerōe a-
gebatur, de Italia dico, multa q̄s enī urbes græciæ, mul-

R ii

de hispania ciuitates romano more potiebatur. Decla-
rat hoc Ciceronis pro Archia oratio. Cum enim utrum ciuis
Romanus Archias esset ageretur, eo à Cicerone ciuis
fuisse Archias comprobatur, quod in ciuitatē Heraclien-
sem esset astrictus. Parua dico et prudentiā, atq; libera-
tātē Priscorū romanorū uerbis de primo meis, quod sit,
quoniā rē tantā oratione assequi nequeo, nā quid, aut
de Italia, aut de græciā, aut de hispania loquor, totus
terrarū orbis romanis subiectus in ciuitatē fuit rece-
ptus, quis hoc asserit? immo quod negat, nisi penitus igno-
rans, ingratus, atq; inuidus? Octavianus qui primum
augustus cognominatus est, legē tulit, ut orbis terrarū
describeretur, descriptio autē ciuiū erat, ciues enim erāt,
qui cēsebatur, cēsebantur autē nō facultates solū, uerū
etiā capita ciuiū, quos et capite censos appellabant it-
erant, quod nullum aliū cēsum, nisi sola capitapatrie dare
poterāt, horū recēsus, ac in libris publicis digestio, de-
scriptio proprie uocabatur. O diuina illorū hoīum inge-
nia, o cælestes aīos, o mētē, qua rei pu-statū, et p̄sen-
tē, et futurū, absq; p̄turbatiōe cōsiderabāt, benignita-
tē admirer, æquitatē, laudē? p̄uidentiā p̄dicē? totum or-
bē unā ciuitatē fecerunt, cur? ut et opes crescerēt, et
diutius impium p̄duraret. Cum oēs romano imperio tāquā
suo afficerētur. Nō enim decretis hæc solū, sed re quoq;
ipsa fieri uidebant, nam et Traianus, ex hispania Ro-
mæ impauit, et senior Theodosius postea, etiā ipse his-
spanus impium optinuit. Maximinus scytha, multiq; alii
aliūde, sicut felicitas, et uirtus eorū tulerat, hæc sola
præ cæteris ratio, quod neminē peregrinū putabāt, q̄stū

ego assequi possum, orbi terrarū romanū imperiū adæqua-
uit, hæc sola diutius cōseruauit, extaretq; adhuc i il-
lo culmine, nisi in seipsum cōcidisset. Nō enim externis
bellis, sed domesticis p̄iit. Ita donec uirtuti cōmūiter p̄-
mia p̄ponebātur, quia nemo se magis q̄s ciuitatē ipe-
tare malebat, præualidas impium uires acgrebat, cū
uero quisq; sibi dignitatis, & iperia cupere cepissent, oia
corruerūt. In ipsum græciæ quoq; accidit, nā quousq;
hostes cōmuniter inuadebāt, magni atq; p̄clari erāt,
nec Darius, nec Xerxes, nec q̄s quā alius superare græciā
potuit. Cū alio lacedæmonii. Alio athenicis, alio coryn-
thy respicere cepissēt, cæteri q; similiter, alteri a teros,
Platonis prudētiā forsā secuti (nā hæc suo penē tēpo-
re pulularūt) non ut ciues cōplectebātur, sed elato, ut
p̄grios, sup̄cilio aspiciēbāt, serui ex dominis facti p̄-
truerunt. Quid uettra nimū colligo? quāta Turcorum
potētia sit oēs uidemus, hæc tēporibus nostris nimū
creuit, est ne apud eos differētia inter Italū, aut græcū,
aut Scytham? dicā minutius, est inter thesalū & epiro-
tā, aut thracē? nulla oīno. Nec illa quidē, quæ apud
nos p̄maxima est. Libere, hic est filius dicimus, ille ser-
uæ, hic ex nobili hoīe natus, ex ignoto ille, ex ciue hic,
ille ex p̄grio, Turci nō sic, sed oēs ita dicūt hoīes esse,
ut nullā differentiā inter hoīem & hoīem faciāt, nisi
uirtutis, ad uirtutē autē reducūt etiā impietate suā, ita
q; nos tanquā ipios p̄sequuntur, & nos hac ratiōe solū
iure ipsos odimus, hæc nō ideo dixi, quia nulla proisus
apud uetres nobilitatis, & ignobilitatis existimatio fie-
ret, sed quia maior uirtutis. Nō enī sum nescius, nō par-

R iii

rum priscis tēporibus, iter patricios & plebeios rome
interfuisse, sed ea differētia seditionis, magis fuit q̄; gen-
ris, satis mihi sup̄q; est, illos semp̄ populos plurimū ua-
luisse, apud quos etiā si fortunarū discrimē existmaba-
tur, uirtus tamē oībus p̄ferebatur. Sed has stultitias no-
stras deus, quāto sibi sint odio, idē meo iudicio maxime
ostēdit, quod iā multis saeculis seruile īperiū in egypto,
Iudea, Syria, Late ac opulēte ad recognitionē nostrā re-
gnare p̄mittit, nemo enim ibi honores, nemo dignita-
tes, nemo īperia cōsequitur, nisi seruus re ipsa sit, idq; le-
ge apud eos sancitū est. Mirabile hoc, nec alias unquā
factum, sed illud etiā adde, quod opes Europæ totius,
eo quasi nobiliores melioresq; cōgeruntur, ut uel hac
turpi cōfessiōe resipiscamus tandē & nos hoīes esse na-
tos cognoscamus. Quorsum hæc tā multa de p̄grinis,
cæterisq; hoīum fortunis? ut apte pateat Platonis leges
plurimū hoībus obfuisse, offuturasq; magis, quia nimi-
um apud nos possunt, nō enī p̄grinorū modo & ciui-
um discrimina facimus. Sed nobiliū & ignobiliū diui-
tum, & pauperū, legitimorū, & nothorū, saecularium
& clericorū, monachorū, & cōiugatorum, urbanorū,
& rusticorū, opificū, & mercatorū, militū, & laudabi-
li otio gescentiū. Horū enī oīum eā differētiā facimus,
ut quisq; sui ordinis solos hoīes putet, cæteros hoīes
quasi ī pistrinū dedat. Virtutis & uicii nullum p̄itus,
sit discrimē. Ita q; uirtus oīno perit, nulla marū uirtus
(uirorū enī modo pudet p̄igetq; dicere) nulla mulierū
cognoscitur, nulla iuuenū, nulla senum, nulla īgenū, nul-
la tarditatis, quæ saltē, quia naturales sunt cognosci

acutius deberēt, nullā iter uirtutē dixi, & uitiū diffe-
rētiā, in his p̄ditis tēporibus fieri. Vtinā, ita esset, ma-
gna enī adeo fit, ut maior fieri nō possit, nā quis nō uis-
det audaces tabulas adultores, tēmerarios, mēdaces,
furras, susurrōes, fraudolētos, lenones, calumniatores,
īpios in deum, īpios in patriam, īpios in parētes, ac su-
os, & ut uno uerbo dicā oēs, in quibus nihil humani-
tatis est, quauis uirtute p̄ditis, oibus lōge antiferri, im-
mo illos hoies, hos bestiolas, & re & uerbis haberi, q̄
res publicarū rerum, ruinae causa unica est, quod cum
nemine fugiat, oēs tamē p̄turbatiōibus uicti, & par-
ua cōsuetudine occupati, aliter faciunt, multiq; sicuti fa-
ciunt, ita etiā taciti sentire uidentur, nōnulli quāuis re
multitudinē sequuntur, uerbis tamen ueritatē pr̄dis-
cant, solus Plato charitatis inter hoies uinculum hor-
tādo, p̄cipiēdo, legibus cogēdo, quātum in ipso fuit,
abrumpit, seruis cultū agrorū dat, nec liberos unquā
in ciuitatē, assumit, quod apud uetres uulgo fiebat
peregrinis opificia, ciuibus arma, musicā, uenationes
largitur, at musica nescio si multum ad arma cōducit,
Agriculturā scio, & rei familiari nō parū, p̄desse, &
rei militari multo magis, q̄ uenationē cōferre, nā & ro-
bur corpori, & fortitudinē aīo p̄pessioē laborum conti-
nua p̄stat, soli enim agricolae frigora, & estum, & me-
diam, & saturitatē, uigiliam, & somnos duros p̄ferre
ab infantia soliti sunt. Quare cum nati una cum labor-
re uideantur, nullum genus hoium ad militiā, quae ma-
gnos cōtinuosq; labores desiderat, accōmodatius inue-
niri pōt. Quod ita eē romanorū historia re ipsa docet.

R iiii

Nam usq; ad deuictum Persen macedoniæ rege militēs ex agris cogebantur. Quid dixi militēs? ministrī erāt, uatores ab ipsa re appellati, q; creatos à senatu imperatores ad urbē ex agris; & ad imperiū reuocabant. Itaq; illi, qui ex aratro; & stina uel ex duris ligōibus ad ductandos exercitus p̄ficiebantur. Illustres sæpe numero triūphos de hostibus rēportabāt. Plato autem quasi aliquid uile, rē tā fructuosam, tā utilem, & usui militari accōmodatissimā seruis cōmendat, & ciues uenationi uertit, poterat utrūq; imo debuerat, distinetis ex dignitate rerum temporibus ciuibus cōmittere; nūc autē optima pessimis, mediocria optimis, necessaria alienis distribuit, uel potius hæc posteriora, nullis oīno; peregrinis enim; quibus ista ministranda digerit, & liberos eorum ex urbe pellit fœlice, atq; p̄petua.

Quod ueluti uesanus minimam, & pauperem ciuitatē; & publice; & priuatim instituit.

Quam uidemus, q̄s magnam opulētiam facit; sæpius enim repetit; & maxime in sexto nolle se maiore urbē, q̄s focorum milium quinq;, & quatrāginta. In sexto quoq; cēsūm quadripartito dispartit; & maximum quatuor minarum statuit minimū unius, duobus mediis, duos medios numeros adaptauit. Nā equalitatē externorū bonorū, facere tanquā impossibile fugit, iequales igitur facit duplo, triplo; quadruplo, credo ipsum ex potu, quē p̄mi duo libri ifluxerūt somniasse illā uim his numeris.

eē, quæ ciuitates ppetuas atq; fœlices cōstituerē possit,
maiorē tu nō uis urbē? lege q; iubes, ut si ūquā paucio
res, q; quinque millia foci repiantur, ad numerū q; pri
mum, fieri possit restituantur, sin maiorem in numerum
tendant colonis alijsq; modis qbuscunq; pro tpe uide
bitur, multitudo emittatur, ita rudis est atq; ignorans,
rerū humanarū? ita uerbis solummō insudasti? es nullo
pacto sentire potuisti? oia Plato quæ i elemētari hoc
mundo nascuntur, ruit ad peius, nec cōseruari diutius;
in statu suo possunt, res naturales
matricæ, q; diu uigeāt, q; non uidet. Quarum res cer
te naturā, imitata breui tpe florent, cito pro cōditōe
sua, relapse marcescunt. Quare oportet cū singulos, tū
maxime ciuitatem uniuersam, ad maximum semp niti,
ut possit diutius pmanere, nā quæ admodū robustiora,
cōstantiorisq; cōplexionis, corpora, maiore uimunita,
diutius plerūq; durant, sic ciuitates, imo multo facilius
atq; tutius, quo maiores, potētiores, opulētioresq; sunt,
eo uel sola sui auctoritate sustentatur, robusta enī cor
pora, non nunquā grauius, exterioribus causis, ledunt
tur, urbes magnæ, tū uiribus tū auctoritate hostes ter
ritāt, sed istis dices bellis, maiores facilius q; mino
res cadūt, imo cōtra, & alieno & domestico facilius ho
ste i puluere pæ urbes rediguntur, maiores & alienū
tū opibus suis, tū sola plerūq; opiniōe supant, & à do
mestico non oīno perēunt, nā sicut longioris uitæ aīa
lia, longo tpe crescunt, longo cōsistunt, longo reflūūt,
sic ciuitates magnæ, & increcendo & in consistendo,
& in declinando lōgiora tēporum intervalia ut pluri

num flagitant. Tutantulā urbē, oibus hostem, qd nouis moribus institutā, oibus inuidiosam, qd nouis legibus fundatā, oibus contētā, qd paruā, duraturā putas? deinde si pecunia in neruos rei pu. cōuertitur, qua pecunia urbē tuā tu uallas? nulla prorsus, mercaturā enim penitus exterminas, unde et publice uectigalia et priuatim opes multiplicantur. Ciues tuos p̄ aliena oppida, uagari non poteris, unde ingentes eis possint conquiri diuiciæ, milites alieno populo, nō concedis, ut ea re uel merendo, uel aliena rapienda ditari queant, bellū remotiora inferre, nec uis, nec si uelis potes, nā id maximū et opum et urbiū opus est, uicina, tibi formidare fugereq; necesse est, tuæ paucitatis paupertatisq; consciū, in qua tamē rerū atq; hoīum inopia tutari posse, urbē quā condis rei militaris pericia credis, quasi possunt strenui esse milites q̄ nunquā hostes uiderunt, nisi forte ne serpētinis dentibus fabulæ, sic tu uerbis armatos ex terra milites possis p̄ducere. Tictis exercitationibus plurimum gloriaris, nec intelligis, nō aliter hac in re fieri, q̄ in ceteris artibus, nā ut nec medici, nec oratores, quāuis ii declamando, illis in p̄cipiendis egrotationū medicamentis, longo se tpe, ac diligenter exercuerint, præclare dicere aut mederi queūt, nisi alteri uersas sæpius causas egerit, alteri egrotis ipsis astiterint, sic milites nullū gloria dignū, facius aggredi, aut efficere possunt, si semp̄ in arena colluctantur, nec unq; instructas acies uiderint, nec cū hoste conflixerint, nec oppida oppugnauerint, nec insidias, aut posuerit, aut effugerint, sed semp̄ quasi ludentes exercentur. Vide